

RENATI
CHOPPINI
ANDEGAVI. I. C.

Et in Regio Parisiensi Senatu

Causarum Patroni,

DE PRIVILEGIIS RVSTICORVM.

LIB. III.

*O Fortunatos nimium, sua si bona norint,
AGRICOLAS, gnausque senes : extrema per illos,
Inflititia excedens Terris, vestigia fecit.*

QUARTA EDITIO.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnum via Iacobæa,
sub scuto Basiliensi.

M. D. C. V. I.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



BENEVOLO LECTORI
RENAT. CHOPPINVS,

A N D E G A V V S.

S.



*Vod nostris forsan RUSTICVM
meum sordebat, hoc Germanis homi-
nibus acceptum produnt Agrippine
Coloniae prala: quibus excusum sit de-
nuò, ceu exultum Agreste Opus istud
An. 1582. è Francico tanquam se-
minario, Lutetiae primum sato edito-
que An. 1574. Ac licet utique no-
to Epigrammatarij versu,*

Vilia maternis fuerint qua pæcoqua tamis,

Huc in longinquis Petisca chara sient:

*Aliter tamen varium, quodcunque est, de Rusculo meo iudi-
cium interpretor, ut si præcaciorem istius fructum nec respuerit
externa Tellus, & suo etiam solo insituum tulerit, minus
iam indigena patrium Agrum, domini secunda manu cultio-
rem, aspernentur. Sicuti enim noua sensim ac frequenti cul-
tura arno rum prouentus augentur: Ita ingenij satu exaratos
Codices voluere est, premature quidem emissos in publicum,
sed bona spe exactioris opera adhinc, cura que in eorum censuram
& ampliationem adhibenda: quam posterior subinde Libro-
rum ipsorum arguat editio. Nam & M. Cicero, quium Rhe-
toricus Trattatus, quem iuuenis in lucem protulerat, haud
satis placeret, de Oratore scripsit ad M. Brutum, & à se iam
tradita pleraque predamnauit. Eo modo Fab. Quintilianus,
cum de Rhetorica Libros duos composuisset, hique dein satis si-
bi non probarentur, duodecim illos celeberrimos pertexuit: Qui-
bus & priores emendauit, & maxima famam est assecutus.
Postquam igitur maiorum vigiliarum Opus binum reuo-*



RENATI CHOPPINI

ANDEGAVI. I. C. ET IN
SVPREMA PARISIORVM

CVRIA ADVOCATI.

De Privilegiis Rusticorum.

Præfatio.



VPER urbano defessus opere, tantum ē Rure meo cœpi otii fructum, quūm & sata lata boūmque labores intentius contemplarer, vt iam non ab artistro europāndos esse censuerim in oppida magistratus, (quod factitarunt antiqui) sed ex urbe potissim in agrum Iureconsultos, qui benē merentes Agricolas sua viciflīm Privilegia grati memorēsque edocerent. Rusticantur quidem interdum jurisprudentes, Ait alij meret voluntatis gratia, cuiusmodi duo illi, qui ad Caietam & Lucrinum conchas & umbilicos legere consueverant: Alij studiorum causa, quo modo Labeonem lex anni mensibus Urbe secedere solitum, & Libris conscribendis operari dare, veteres memorarent. Qui autem Rusticorum hominum labores, quibus finimur, hucusque præmiis literariis fuerit remuneratus, ac sua iisdem Privilegia sigillatim, editis Libellis, porrexerit, ex lute Romano decerpta, audiui neminem. Tametsi enim Agrotum Oeconomics nonnulli, Politicas certe Leges Agrarias haud scio an haec tenuis quicquam in commentariis redegerit.

Quām verò Legiferæ Cereri ipsum adeo Legum originem Vates fecerant acceptam, vix ingratæ memorie notam effugerit quantumvis Agricolam laudet iuris legumque peritus, nisi ē domētico Legum forensium penū sua illi saltē ac propria Rusticorum Iuris

Præter notos alios
Rei Rusticæq; Oe-
conomics Tripli-
ses, Tremelius
Scropha, Julius
Alcius, Julius
Gneius in eō
gratere floruerant.

